


Holy Thursday: Solemn Evening Mass

*Introit*


Intr. 4.




**N** OS au- tem \* glo- ri- á- ri opór- tet in crú-  
ce Dó- mi- ni nóstri Jé- su Chrí- sti : in quo est sá-  
lus, ví- ta et re- surré- cti- o nó- stra : per quem sal-  
vá- ti et libe- rá- ti sú- mus. *Ps.* Dé- us mi- sere- átur  
nóstri, et bene- dícat nóbis : \* illúminet vúltum sú- um su-  
per nos, et mi- se- re- á- tur nóstri. Nos au- tem.

Holy Thursday: Solemn Evening Mass


*Versicles ad libitum*



2. Ut cognoscámus in térra ví- am tú-am : \* in ómnibus



géntibus sa-lu-tá-re tú-um. Nos au- tem.



3. Confi-te- ántur tí-bi pó-pu-li, Dé-us : \* confi-te- ántur



tí-bi pó-pu- li ómnes. Nos au- tem.


Holy Thursday: Solemn Evening Mass

*Gradual*


Grad.

5.

**C**




Hrí-stus \* fáctus est pro nó- bis obé-



di- ens us-que ad mór-tem, mór- tem au- tem




crú- cis.  $\forall$ . Propter quod et Dé-us ex-al-




tá-vit illum,

et dé-



dit il-li nó- men, quod est super ómne



\* nó- men.

Holy Thursday: Solemn Evening Mass

*Offertory*

Offert.

2.

**D**

Exte- ra Dómi- ni \* fé- cit vir- tú-

tem, déx-te-ra Dó-mi-ni exaltá- vit me : non

mó-ri- ar, sed ví- vam, et narrábo ó-pe-ra

Dómi-ni.

Holy Thursday: Solemn Evening Mass

*Communion*

Comm.

2.

**D**

Omi- nus Jé- sus, \* postquam cená- vit cum

discípu- lis sú- is, lávit pédes e-órum, et á- it íl- lis :

«Scí- tis quid fé- ce- rim vó- bis, égo Dómi- nus et


Magíster? Exémplum dé- di vó- bis, ut et vos i- ta

fa- ci- á- tis.»

Holy Thursday: Solemn Evening Mass

*Psalm 22*

(At Communion)



1. Dóminus régit me, et ni-hil mí-hi **dé**-e-rit : \* in lóco pá-



scu-æ i-bi me *collocá*- vit. 2. Super...


2. Super áquam refectiónis educávit me: \* ánimam méam *convértit*.
3. Dedúxit me super sémitas *justítia*e: \* propter nómen **súum**.
4. Nam et si ambulavéro in médio úmbræ mórtis, non timébo **mála**: \* quóniam *tu mécum* es.
5. Vírga túa, et báculus **túus**: \* ípsa me *consoláta* sunt.
6. Parásti in conspéctu méo **ménsam**: \* advérsus éos qui **tríbulant** me.
7. Impinguásti in óleo cáput **méum**: \* et cálix méus *inébrians* quam *præclárus* est!
8. Et misericórdia túa *subsequétur* me, \* ómnibus diébus *vítæ* **méæ**.
9. Et ut inhábitem in dómo **Dómini**, \* in longitudinem *diérum*.

*Repeat the Communion Antiphon, "Dóminus Jesus...."*


Holy Thursday: Solemn Evening Mass

*Psalm 71*

(At Communion – Page 1 of 2)



1. Dé-us, judí-ci-um tú-um **ré**gi da : \* et justí-ti-am tú-am



fí-li-o **ré**-gis : *Flex* : Arábi-æ, †

2. Judicáre pópulum túum in **justítia**, \* et páuperes túos in *judí*cio.
3. Suscípíant móntes pácem **pópulo**: \* et cólles *justítiam*.
4. Judicábit páuperes pópuli, et sálvos fáciet fílios **páuperum**: \* et humiliábit calumniatórem.
5. Et permanébit cum sóle, et ante **lúnam**, \* in generatióne et *generatió*nem.
6. Descéndet sicut plúvia in **véllus**: \* et sicut stillicídia stillántia *super térram*.
7. Oriétur in diébus éjus **justítia** et abundántia **pácis**: \* donec auferátur **lúna**.
8. Et dominábitur a mári usque ad **máre**: \* et a flúmine usque ad términos orbis *terrár*um.
9. Coram íllo prócident **Æthíopes**: \* et inimíci éjus *térram língent*.
10. Réges Thársis, et ínsulæ múnera **ófferent**: \* réges Arabum et Sába dóna *addúcent*.
11. Et adorábunt éum ómnes réges **térræ**: \* ómnes géntes *sérvient éi*:

Holy Thursday: Solemn Evening Mass

*Psalm 71*

(At Communion – Page 2 of 2)

12. Quia liberábit páuperem a poténte: \* et páuperem, cui non érat *adjútor*.
13. Párcet páuperi et **ínopi**: \* et ánimas páuperum *sálvas* **fá**ciet.
14. Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum: \* et honorábile nomen eórum *córam* **í**llo.
15. Et vívet, et dábitur éi de áuro Arábíæ, † et adorábunt de ípso **sémper**: \* tóta díe *benedícent* éi.
16. Et érit firmaméntum in térra in súmmis móntium, † superextollétur super Líbanum frúctus **éjus**: \* et florébunt de civitáte sicut *fóenum* **térræ**.
17. Sit nómen éjus benedíctum in **sæcula**: \* ante sólem pérmanet nómen **éjus**.
18. Et benedicéntur in ípso ómnes tríbus **térræ**: \* ómnes géntes *magnificábunt* **éum**.
19. Benedíctus Dóminus, Déus **Israël**, \* qui fácit mirabília **sólus**.
20. Et benedíctum nómen majestátis éjus in ætérnum: † et replébitur majestáte éjus ómnis **térra**: \* *fíat*, **fíat**.


*Repeat the Communion Antiphon, "Dóminus Jesus...."*




Holy Thursday: Solemn Evening Mass

*Psalm 103*

(At Communion – Page 1 of 3)



1. Bénedic, ánima mé-a, **Dómino** : \* **Dómine**, **Dé-us** mé-us,



magni-ficá-tus es *vehemén*-ter. *Flex* : dux est e-ó- rum : †

2. Confessiónem, et decórem induísti: \* amíctus lúmíne sicut *vestiménto*:
3. Exténdens cóelum sicut **péllem**: \* qui tégis aquis *superióra* éjus.
4. Qui pónis núbem ascénsu **túum**: \* qui ámbulas super pénnas *ventórum*.
5. Qui fácis ángelos túos, **spíritus**: \* et minístros túos ígnem *uréntem*.
6. Qui fundásti térram super stabilitátem **súam**: \* non inclinábitur in *sæculum* *sæculi*.
7. Abýssus, sicut vestiméntum, amíctus éjus: \* super móntes *stábunt* *áquæ*.
8. Ab increpatióne túa **fúgient**: \* a vóce tonítrui túi *formidábunt*.
9. Ascéndunt móntes, et descéndunt **cámpi** \* in lócum, quem fundásti éis.
10. Términu posuísti, quem non transgrediéntur: \* neque converténtur operíre **térram**.

*Psalm 103*

(At Communion – Page 2 of 3)

11. Qui emíttis fóntes in convállibus: \* inter médium móntium pertransíbunt **á**quæ.
12. Potábunt ómnes béstiæ **á**gri: \* expectábunt ónagri in síti **sú**a.
13. Super éa vólucres cóeli habitábunt: \* de médio petrárum **dábunt vó**ces.
14. Rígans móntes de superiórius **sú**is: \* de frúctu óperum tuórum satiábitur **tér**ra:
15. Prodúcens fóenum juméntis, \* et hérbam servitúti **hó**minum:
16. Ut edúcas pánem de **tér**ra: \* et vínus lætíficet *cor* **hó**minis:
17. Ut exhílalet fáciem in **ó**leo: \* et pánis cor hóminis **con**fírmēt.
18. Saturabúntur lígna cámpi, et cédri Líbani, quas plantávit: \* illic pásseres nidificábunt.
19. Heródii dómus dux est eórum: † móntes excélsi **cér**vis: \* pétra refúgium herináciis.
20. Fécit lúnam in **tém**pora: \* sol cognóvit occásus **sú**um.
21. Posuísti ténebras, et fácta **est** nox: \* in ípsa pertransíbunt ómnes béstiæ **síl**væ.
22. Cátuli leónum rugiéntes, ut **rá**píant, \* et quáerant a Déo *éscam* **sí**bi.
23. Ortus est sol, et congregáti sunt: \* et in cubílibus súis collocabúntur.
24. Exíbit hómo ad ópus **sú**um: \* et ad operatiónem súam usque *ad* **vés**perum.

**Psalm 103**

(At Communion – Page 3 of 3)


25. Quam magnificata sunt opera tua, Domine! † omnia in sapientia fecisti: \* implata est terra possessione tua.
26. Hoc mare magnum, et spatiosum manibus: \* illic reptilia, quorum non est numerus.
27. Animalia pusilla cum magnis: \* illic naues pertransibunt.
28. Draco iste, quem formasti ad illudendum ei: \* omnia a te exspectant ut des illis escam in tempore.
29. Dante te illis, colligent: \* aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
30. Avertente autem te faciem, turbabuntur: † auferes spiritum eorum, et deficient, \* et in pulverem suum revertentur.
31. Emittes spiritum tuum, et creabuntur: \* et renovabis faciem terrae.
32. Sit gloria Domini in saeculum: \* laetabitur Dominus in operibus suis:
33. Qui respicit terram, et facit eam tremere: \* qui tangit montes, et fumigant.
34. Cantabo Domino in vita mea: \* psallam Deo meo quamdiu sum.
35. Jucundum sit ei eloquium meum: \* ego vero delectabor in Domino.
36. Deficiant peccatores a terra, et iniqui ita ut non sint: \* benedic, anima mea, Domino.

*Repeat the Communion Antiphon, "Dominus Jesus...."*


Holy Thursday: Solemn Evening Mass

*Psalm 150*


(At Communion)



1. Laudá-te Dóminum in sánctis é- jus : \* laudá-te



é-um in firmaménto virtú-tis é- jus. *Flex* : bene-so-



nántibus : †


2. Laudáte éum in virtútibus éjus, \* laudáte éum secúndum multitúdinem magnitúdinis éjus.
3. Laudáte éum in sóno **túbæ**, \* laudáte éum in psaltério, *et cíthara*.
4. Laudáte éum in týmpano, et **chóro**: \* laudáte éum in chórdis *et órgano*.
5. Laudáte éum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte éum in cýmbalis jubilatiónis: \* ómnis spíritus láudet **Dóminum**.

*Repeat the Communion Antiphon, "Dóminus Jesus...."*

Holy Thursday: Solemn Evening Mass


*Hymn: Pange Lingua*

*(Translation and Reservation of the Blessed Sacrament)*




Hymn.  
3.  
**P**


- Ange língua glo-ri- ó- si Corpo- ris mys- té- ri- um,  
2. Nó- bis dá- tus, nó- bis ná- tus Ex in- tá- ta Vír- gine,  
3. In su- pré- mæ nó- c- te coé- næ Re- cúmbens cum frá- tribus,  
4. Vér- bum cá- ro, pá- nem vér- um Vérbo cár- nem éf- fi- cit :  
5.\* Tán- tum er- go Sac- ram- én- tum Ve- ne- ré- mur cé- rnu- i :  
6. Ge- ni- tó- ri, Ge- ni- tóque Laus et ju- bi- lá- ti- o,



1. Sangui- nís- que pre- ti- ó- si, Quem in mún- di pré- ti- um  
2. Et in mún- do conver- sá- tus, Spár- so vér- bi sémi- ne,  
3. Ob- ser- vá- ta lé- ge ple- ne Cí- bis in le- gá- li- bus,  
4. Fít- que sán- guis Chrí- sti mé- rum, Et si sén- sus dé- fi- cit,  
5. Et an- tí- quum do- cu- mén- tum Nó- vo cé- dat rí- tu- i :  
6. Sá- lus, hó- nor, vír- tus quoque Sit et be- ne- díc- ti- o :



1. Frúc- tus vén- tris ge- ne- ró- si Rex ef- fú- dit gén- ti- um.  
2. Sú- i mór- as in- co- lá- tus Mí- ro cláu- sit ór- di- ne.  
3. Cí- bum túr- bæ du- o- dé- næ Se- dat sú- is má- ni- bus.  
4. Ad firm- án- dum cor sincé- rum Só- la fí- des súf- fi- cit.  
5. Præ- stet fí- des suppleméntum Sén- su- um de- féc- tu- i.  
6. Pro- ce- dén- ti ab ut- róque Cóm- par sit lau- dá- ti- o.



A- men.

\* The stanza *Tantum ergo* is sung when kneeling in the presence of the Blessed Sacrament exposed.

## Holy Thursday: Stripping of the Altars

# Psalm 21

(Page 1 of 2)

*The celebrant says the following antiphon before the high altar in a clear voice (Psalm 21:19):*

Diviserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem.

*He then intones the psalm which is recited on a monotone:*

1. Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? \*

*The choir continues the recitation of the psalm until the stripping of the altars is complete.*

...longe a salute mea verba delictorum meorum.

2. Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies: \* et nocte, et non ad insipientiam mihi.

3. Tu autem in sancto habitas, \* laus Israel.

4. In te speraverunt patres nostri: \* speraverunt, et liberasti eos.

5. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: \* in te speraverunt, et non sunt confusi.

6. Ego autem sum vermis, et non homo: \* opprobrium hominum, et abjectio plebis.

7. Omnes videntes me, deriserunt me: \* locuti sunt labiis, et moverunt caput.

8. Speravit in Domino, eripiat eum: \* salvum faciat eum, quoniam vult eum.

9. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: \* spes mea ab uberibus matris meae.

10. In te projectus sum ex utero: de ventre matris meae Deus meus es tu, \* ne discesseris a me.

11. Quoniam tribulatio proxima est: \* quoniam non est qui adjuvet.

12. Circumdedérunt me vituli multi: \* tauri pingues obsederunt me.

13. Aperuerunt super me os suum, \* sicut leo rapiens et rugiens.

14. Sicut aqua effusus sum: \* et dispersa sunt omnia ossa mea.

15. Factum est cor meum tamquam cera liquescens \* in medio ventris mei.

16. Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhesit faucibus meis: \* et in pulverem mortis deduxisti me.

17. Quoniam circumdedérunt me canes multi: \* concilium malignantium obsedit me.

18. Foderunt manus meas et pedes meos: \* dinumeraverunt omnia ossa mea.

19. Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me: \* diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

## Holy Thursday: Stripping of the Altars

# Psalm 21

(Page 2 of 2)

20. Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxiliū tuum a me: \* ad defensionem meam cónspice.
21. Erue a frámea, Deus, ánimam meam: \* et de manu canis únicam meam.
22. Salva me ex ore leónis: \* et a cór nibus unicór nium humilitátem meam.
23. Narrábo nomen tuum frátribus meis: \* in médio ecclésiæ laudábo te.
24. Qui timétis Dóminum, laudáte eum: \* univérsum semen Jacob, glorificáte eum.
25. Tímeat eum omne semen Israël: \* quóniam non sprexit, neque despéxit deprecationem páuperis.
26. Nec avértit fáciem suam a me: \* et cum clamárem ad eum, exaudívit me.
27. Apud te laus mea in ecclésia magna: \* vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.
28. Edent páuperes, et saturabúntur: et laudábunt Dóminum, qui requírunť eum: \* vivent corda eórum in sáeculum sáeculi.
29. Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum \* univér si fines terræ.
30. Et adorábunt in conspéctu ejus \* univér sæ famíliæ géntium.
31. Quóniam Dómini est regnum: \* et ipse dominábitur géntium.
32. Manducavérunt et adoravérunt omnes pingues terræ: \* in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram.
33. Et ánima mea illi vivet: \* et semen meum sérviet ipsi.
34. Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: \* et annuntiábunt cœli justítiam ejus pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

*After the celebrant and sacred ministers (or servers) have completed stripping the altars, they return to the high altar. The celebrant repeats the antiphon in a clear voice:*

Divisérunt sibi vestiménta mea: et super vestem meam misérunt sortem.

